

*) Rom. cepit in astutia sua, &, cum in Adamo *) omnes peccaverimus, inde potestatem accepit in homines, ut † fortis & † Matth. armatus exinde extiterit, cuius vasa ut idem Irenæus ait (c), & XII, 29. dominus nos eramus, cum essemus in apostasia. utebatur enim nobis, quem Marc. III, ad modum volebat, & spiritus immundus habitabat in nobis. Non 21. enim adversus eum, qui ipsum alligabat, & domum ejus diripiebat Luc. XI, fortis erat, sed adversus eos qui in usu ejus erant homines, quoniam 2 abscedere fecerat sententiam eorum a DEO, quos eripuit Dominus.
 *) I. Joh. V. Unde *) totus mundus in maligno positus, & ipse DEVS hujus mun-
 19. 2. Cor. di & dæmones κοσμοκατόρες τὰ σκόλπια αἰώνων. 7878 dicun-
 IV. 4. Eph. dur S. literis. Cujus rei eo penitior, quo jucundior ipsis inde
 VI, 12. extitit scientia. Cumque in servanda ac adstruenda sua tyran-
 De pecca- nide sollicitissimi existant, neque illa ipsos latent quæ de
 tis actuali- PECCATIS ACTUALIBUS nos docet revelatio. Cum &
 bus. illi qui ex diaboli potestate liberati, ubi peccaverint, postli-
 † I. Joh. minio quasi in tantum ipsius imaginem repetant, & denuo
 III, 8. † ex illo sint. Unde non tantum intus *) in filiis incredulita-
 *) Eph. II. tis efficaciter agit, sed impios quoque forinsecus † ignea sua tela ja-
 2. culatur, ut recuperet eos. Nam nisi caveamus, ut bene monet Ori-
 † Eph. genes, (d) ubi jecerit sagittam, mox etiam observat tempus ingredi-
 VI, 16. endi, exemplo Judæ proditoris. Et sane suggestere Satanam homini
 *) Joh. pravas cogitationes Scriptura testis est uberrima, quæ non mo-
 XIII, 2. do Judæ impio in cor immisisse eum dicit, *) ut proderet Sal-
 † I. Paral. vatorem, sed & pio Davidi suggestisse, *) ut numeraret po-
 XXI, 1. pulum. Et quanta hic fraus, quot technæ existant Satanæ,
 quantum calleat omnes aditus, ut peccata nunc extenuare
 nunc exaggerare noverit, nemo nesciet, qui tentationes Sa-
 tanæ est expertus. Disputat enim, postquam per transgressionem
 malitia sive Satan introivit, singulis horis cum anima ut homo cum
 homine, uti pius abbas Macarius e) etiam testatur. Vbi simul
 observo, Macario hic & aliis in locis, & que ac aliis antiquo-
 ribus Ecclesiæ doctoribus, diabolum malitiam pariter ac malum
 *) Rom. & peccatum dici. Sicut Epiphanius f) Paulum ipsum diabolum
 VIII, 8. peccati nomine existimat appellasse, dicentem: *) Peccatum
 occasione sumta per mandatum, operatum est in me omnem concupiscentiam. Certe quicquid dæmones agere, provehere, esse, pro-
 ducre, in se atque aliis nofcere amant, peccatum est. Ne
 que